



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. An oleum illud sit extremæ vnctio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83000)

Verf. 36. Proximos eius τῶν κύριων αἰτῶν. Syrus
 דאדברין daubderin. circumiacentes, &c.
 V. 37. ἀγορεύοντες, δὲ ὄμιλον, in coniunctiuo: alii in
 indicatiuo ἀγορεύοντες, δὲ ὄμιλον.
 V. 39. Discumbentes habet Syrus, vide Matth. 14.
 V. 40. Per partes περὶ ὁσίων, περὶ ὁσίων, ita vocat virides
 torulos, quibus per contubernia insidebant, per cen-
 tenos, &c. ἀνὰ ἐκατὸν. Syrus מאמא מאמא damaa, maa.
 centum centum, & חמשים חמשים chamshchin, chami-
 schin, quinquaginta, quinquaginta.

V. 48. דרין derin. h.e. arantes, seu sulcantes mare.
 V. 49. Spectrum Syrus vocat ספקא דרין ארין dabi-
 zua hu dagala, visio falsa, seu mendax.
 V. 52. אבובילא abubilatam, crassum. περὶ αὐτῶν ἐπι-
 catum, quod occalluit.
 V. 53. περὶ ὁσίων ὁσίων non est in Syro.
 V. 56. ἀγορεύοντες alii ἀγορεύοντες. Reliqua apud Mar-
 thæum expolita, & disputata, quæ ad textum pertine-
 bant, quæstiones. Hic quæ ad verba Marci & con-
 textum singulatim pertinebant exponenda fuerunt,

CAPVT VII.

Matth. 15. 2.

ET conueniunt ad eum Pharisei, & quidam de Scribis, venientes ab Ierosolymis. 2. Et cum
 vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est, non lotis manducare panem,
 vituperauerunt. 3. Pharisei enim & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manda-
 cant, tenentes traditionem seniorum: 4. Et a foro, nisi baptizentur, non comedunt, & alia
 multa sunt: quæ tradita sunt illis seruare baptismata calicum & vrceorum, & aramentorum & lectionum.
 5. Et interrogabant eum Pharisei & Scriba, Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum,
 sed communibus manibus manducant panem? 6. At ille respondens, dixit eis: Bene prophetauit Iesus
 de vobis hypocritis, sicut scriptum est, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. 7. In
 vanum autem me colunt, docentes doctrinas præcepta hominum. 8. Relinquentes enim mandatum Dei,
 tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicum: & alia similia his facitis multa. 9. Et di-
 cebat illis, Bene irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruetis. 10. Moyses enim dixit,
 Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. 11. Vos autem
 dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corban, (quod est donum) quodcumque ex me, tibi profuerit. 12. Et
 ultra non dimittitis cum quiquam facere patri suo aut matri: 13. Rescindentes verbum Dei per tradita-
 nem vestram quam tradidistis, & similia huiusmodi multa facitis. 14. Et aduocans iterum turbam, dice-
 bat illis, Audite me omnes, & intelligite. 15. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum con-
 inquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ communicant hominem. 16. Si quis habet aura
 audiendi, audiat. 17. Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolum.
 18. Et ait illis, Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem,
 non potest eum communicare: 19. Quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit,
 purgans omnes escas? 20. Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem.
 21. Abintus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia,
 22. Furta, auaritia, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. 23. Omnia
 hæc mala abintus procedunt, & communicant hominem. 24. Et inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis:
 & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. 25. Mulier enim statim vt audiuit de eo,
 cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius. 26. Erat enim mulier Gentilis,
 Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt demonium eiceret de filia eius. 27. Qui dixit illi, Sine prius
 saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. 28. At illa respondit, & dixit
 illi: Virique Domine, nam & canelli comedunt sub mensa de micis puerorum. 29. Et ait illi, Propter bonum
 sermonem vade, exiit demonium à filia tua. 30. Et cum abysset domum suam, inuenit puellam iacentem
 pro lectulo, & demonium exiisse. 31. Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sydonem ad Mare Galilæe
 inter medios fines Decapoleos. 32. Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum, vt imponat illi
 manum. 33. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, teti-
 git linguam eius. 34. Et suspiciens in caelum, ingemuit, & ait illi, Ephethab, quod est, adaperire. 35. Et
 statim aperta sunt aures eius, & solutum est vinculum lingue eius, & loquebatur recte. 36. Et præcepit illi
 ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus predicabant. 37. Et eo amplius admi-
 rantur, dicentes, Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

II. 29. 15.

Exo. 20. 11.

Deu. 5. 16.

Ephes. 6. 2.

Exo. 21. 19.

Leu. 20. 9.

Pro. 20. 20.

Matth. 15. 20.

Gen. 6. 5. & 8. 21.

Matth. 15. 21.

Matth. 8. 32.

Luc. 11. 14.

Gen. 1. 31.

Ecc. 39. 21.

IN CAPVT SEPTIMVM

ARGVMENTVM.

DISCIPVLOS calumniantur, quod illotis manibus manducant, quos Dominus
 defendit exposita sunt Matth. 15. Eos vicissim vere accusat, prætergredientes man-
 datum Dei propter traditiones suas. Iubent enim filios non honorare parentes.
 Denique ostendit id quod in hominem ingreditur, eum non coinquinare. Syro-
 phœnissæ filiam à dæmone liberat. Surdum & mutum dæmoniacum sanat.
 Ab initio vsque ad v. 24. vt titulus indicat, legebatur in medio quadragesimæ.
 דניסונה דניסונה denisone ieiunij. Inde ad finem non est alius titulus quam: Matutinis Dominica quarta
 ieiunij.

VERSVS 1.

ADAMI
+ EVA